



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

384. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

Ut nullus alterius Clericum ordinet.  
*Ex Concilio Niceno.*

Concil. Ni-  
cæn. c. 16.  
Burchard. lib.  
1. c. 109.

**CCCLXXXIV.** Si quis Episcopus Cleri-  
cum ad alium pertinentem audacter invadere  
& in sua Ecclesia ordinare tentaverit non con-  
sentiente Episcopo à quo discessit, ordinatio  
hujusmodi irrita comprobetur. [ *Editio Hel-  
mestad. habebat* pertinentem aut Diaconum  
invadere. *Malè.* ]

De eadem re. *Ex Concilio Africano.*

Concil. Afric.  
c. 57.  
Lib. 7. Capi-  
tular. c. 21.  
Burchard. lib.  
8. c. 11.

**CCCXXV.** Item placuit ut quicun-  
que in Ecclesia vel semel legerit, ab alia Eccle-  
sia ad clericatum non teneatur.

Quod non oportet absolutè ordinationes  
fieri. *Ex Concilio Chalcedonensi.*

Concil. Chal-  
cedon. c. 6.  
Burchard. lib.  
2. c. 6.

**CCCXXXVI.** Nullum absolutè or-  
dinari debere Presbyterum aut Diaconem nec  
quemlibet in gradu ecclesiastico , nisi speciali-  
ter Ecclesiæ civitatis aut possessionis aut mar-  
tyrij aut monasterij , cui ordinandus est , pro-  
nuntietur. Qui verò absolutè ordinantur , de-  
crevit sancta synodus irritam haberi hujusmo-  
di manus impositionem , & nusquam posse  
ministrare , ad ordinantis injuriam.

Item ut nullus absolutè ordinetur. *Ex  
Capitularium lib. 1. cap. xxv.*

Lib. 1. Capi-  
tular. c. 25.

**CCCLXXXVII.** Ut nullus absolutè  
ordinetur & sine pronuntiatione stabilitatis  
loci ad quem ordinatur.

D